secundum est coniunctio condicionalis ;
tertium est retroacta coniunctio coordinationis ;
summa est vestis.

VI. Primum est littera ;
secundum est littera ;
tertium est minimus nummulus ;
summa est maxima bestia.

VII. Primum est praeposito ;
secundum est iumentum ;
tertium est praeposito ;
summa est pars illius maximae bestiae quae in priore aenigmate significata est.



1. E chartulis lusoris XX (ex. gr. postquam e ludo XXXII chartularum ablati sunt reges et reginae et milites), potesne recognoscere II chartulas, quas aliquis clam te selegit ?

Solutionem (quae per Latina vocabula obtinetur) vide in pagina 82.

II. Ex cervo chartularum lusoriarum LII, amici quattuor abstulerunt figuras omnes, ita ut solos numeros servarent. Tum inter se distribuunt quatermas ex his chartulis numeralis.

Fortasse chartulae non sunt satis commixtae, quia :

– Aulus tres chartulas habet aequas ; quarta vero bis valet quanti una e ceteris suis,

– Brigida quattuor chartulas dissimiles habet, quarum numeri ita augentur ut secunda bis valeat quanti prima, tertia bis quanti secunda, quarta bis quanti tertia,

– Gaia unam habet inter suas chartulas, quae ter valet quanti una Titi,

– Praeterea, omnes Titi chartulae additae valent quanti una e tribus aequis Auli chartulis. Summa harum trium aequarum Auli chartularum valet quanti summa omnium Brigidae chartularum,

– Denique summa chartularum Brigidae Aulique uno puncto est minor quam summa chartularum Gariae et Titi.

Dic, quaeeso, quae chartulae distributae sint unicuique lusori.





I. Praestigiatoris petasus

In circensibus spectaculis iam vidisti praestigiatorum modo aquam in vinum convertentem, modo e petaso curiculos vel columbas extrahentem.

At tu, quas bestias multo maiores a petaso facillime extrahere potes, dummodo aquam et Caecubum infundas (Addatur quoque sal !).

Notula : Rem noli directo experiri, ne petasum laedas, sed solum mente excogita ! Si excogitando griphum non solvisti, vide paginam 83.




II. Gladiatores

Ecce tibi affirmaciones IV :

1. Gladiator callidus non potest feram non occidere.
2. Gladiator bene exercitato lanista semper confusus est.
3. Nulli incallido gladiatori lanista unquam confusus est.
4. Circensium amatores eos solum despiciunt gladiatores qui feras non vincunt.

Hoc nunc rogaris tu : Semperne gladiator bene exercitatus a circensium amatoribus probatur ?



Marcus Tullius Cicero in Tusculano suo familiaribus proponit ut novum equum nuper emptum equitent. Adsunt videlicet Marcus iunior (qui eius filius est) et Tiro carus libertus paedagogusque, et Quintus frater, et Titus Pomponius Atticus familiarissimus amicus.

Hoc colloquium insequitur :

Cicero : "Quis vestrum, o cari mei, primus equitabit ?"

Atticus : "Minime ego, te oro ! Nam senex sum. Immo volo ultimus equitare : sic per aliena experimenta sentiam sine periculosum."

Quintus : "Et ego iam senesco ; mihi utique nolo esse primum experimentum."

Tum Marcus : "At ego, qui sum adulescens et audax, ante Quintum patrum equitare volo !"

Tiro : "Nolo equidem humilis libertus contra liberos homines audacter contendere ; attamen et ego senesco ; itaque rogo, si fieri possit, ne primus equitem."

Tum Quintus iterum : "Ego ante Atticum nostrum libenter equitabo."

Denique Marcus iterum : "At ego post Tironem meum, qui exempla sequenda mihi adsidus dare solet, equitare volo."

Cicero maxime haeret in difficultate, quia perspicuum est omnibus morem gerendi non posse ; quid vero debeat ut una condicione omnia ceterae saltem condiciones pro hospitium sententiis efficiantur ?

I. Lagoenam selige !


Aulus et Marcus et Quintus et Titus aliquid bibendum sibi aduli in sua quisque lagoena res calidas aut frigiditas servante (quas lagoenas vernaculo sermone dicimus "thermos" !).

In una lagoena tiliaea potio aestuans inest ; in altera est aqua et ipsa aestuosa rhomio citreoque succo commixta (quam potionem vulgo "grog" dicunt) ; in tertia citri pressi succus gelidus ; in quarta vinum frigidum.

Hoc, ut suam cuique lagoenam reddas, scire debes :


— Aulus Titusque, cum naribus aegrotant, res frigiditas gelidasve bibere nolunt ;

— Marco Trioque alcohol valde displicet.



II. Charon auxilium petit

Charon, Inferorum portitor, ad adversam ripam Caesarem et Brutum et Cassium transvehere vult ; inter autem minor est quam ut duos homines cum naua simul contineat ! Quid ergo Charon agat, ne Caesar solus unquam maneat cum uno ex occisoribus suis ?



III. Pater et filius

Patris annorum numerus quintuplex, ut nunc est, filii annorum est ; postquam vero anni XVIII praeterierint, ille solum huius duplex erit.

Quot ergo annos natus est nunc pater, quot filius ?

Rector diribitori sponsalis, ad quod videlicet conveniunt viri et mulieres matrimonii faciendi cupidi, petiores poltricesque iussit in chartulis inscribere quales essent et cum quilibus consortibus matrimonium facere cuperent. Habet iam in manibus septem chartulas virorum et septem chartulas mulierum, quas chartulas recte seligere et coniungere vult. Eum adiuva in futuris coniugiis consociandis !



Hae sunt viriles chartulae

AMBROSIVS. nauta rude donatus, tot navigationibus lassus sum : Nihil igitur aliud peto, nisi ut cum uxore domi quiescam inter hilares pueros. Uxorem malo capillis nigris castaneisque esse.



MARCVS. Altitudo : unum metrum et nonaginta centimetra. Macer et elegans. Athleta perfectus. Ferreus taber, ruri incolens, haud procul a mari montibusque. Peto puellam a XX usque ad XXX annos natam, flavis capillis, vultu pulchro, cui placeant exercitationes athleticae ambulationesque.

LVCIVS. argentarius ditissimus in lauta domo mea versor inter docta familiarium colloquia. Peto venustam puellam, naribus parvis, ruberrimo ore, capillis nigris, quam torquibus armillisque donabo innumeris.

ROLANDVS. Agricola iuvenis et procerus et guisus. Laetam facere cupio puellam dulcem et modestam.

SEXTVS. L annos natus, capillis argenteis, vultu et animo iuveni, corde amplissimo, minimo marsupio : Etenim si quae mulier non lautas divitias sed generosum animum petit, veniat ad me : Eam libentissime et amantissime tuebor protegamque ; passurus sum (immo libenter accepturus) liberos, si iam sint.

AVLVVS. XXV annos natus, archaeologiae magister, adsidus librorum lector. Peto puellam cui artes litteraeque placeant quoque.

Hae sunt muliebres chartulae

AVGVSTA. XVIII annos nata, corvinis capillis ruberrimisque labris. Virum peto cultum doctumque, non refert utrum sit dives annon.

LYDIA. Puella hilaris, XXI annos nata, cui placet et nare et in nive natis labi. Peto virum eiusdem naturae morumque.


MARIA. Mulier vidua ; oculis caeruleis et coma crispata castaneaque. Alterum patrem liberis meis tribus peto bonum amabilem.

LIVIA. Elegans et flava, annos XXII nata, dulcis et quieta, optima coqua. Peto virum altum ruri vel in parva urbicula incolemem, quocum plerumque domi maneam collaborans.

AVRELLA. Mulier ditissima et flavissima, a priore coniuge cum uno filio deserta. Virum mollem tenerumque peto, quem amplae rei familiaris meae participem libenter faciam dummodo bonus sit maritus vitricusque sit dulcis.

RENATA. Annos XIX nata, parva sed pulchella, flava coma coronata, cui magis placet foris ambulare quam domi manere. Virum parvum quoque sed elegantem peto.


BRIGIDA. Speciosa literataque puella : tibi, care future sponse, ubique grata ero, sive mecum pulchre ornata in exedras ire voles, sive males de litteris scientisque colloqui. Ornatix me modo flavam modo corvinam utique pulcherrimam facit ut sponso placeam !





- I. de bestijs : Quid canis in cauda, simia in capite, anser in umbilico habet ?
- II. Quod iumentum aversum trahere non debes, ne calamitas tibi inde accidat ?
- III. Quid superbus Mus Leoni respondere potest despicienti quod sit infimus ?
- IV. Cur homo vivus tame torqueri non potest ?
- V. Si Ciceroni L aufers et V addis, quod animal inde fit ?




- VI. Quid differt molossus a sapientia ?
- VII. Quod legumen vitandum est in prandio tuo, si festinare postea vis ?
- VIII. Quomodo talis adfirmatio probari potest :
"Omnium origo est O et finis F. Noli vero immemor esse addendarum Aduarum et commutandarum M trium !"
- IX. Quid in cella fructuaria potest esse malum ?
- X. Virum nautae an terrestres homines diligentiores esse solent ?



MOLOSSVS



SAPIENS







Potesne intelligere quid in his sententiis significetur ?

I. (quod miles veterem molossum occidere iussus dicit)

"Canis canis pills pills occisus est."

II. (dialogus inter patrem et filium, qui pirata fieri vult)

"Pugno pugnare et vivere vis ?"

– In mari mori sub mali mole malo quam malo cedere !"



III. (dialogus inter senem agricolam et nepotem : Puer prior rogat, senex responderet)

"Ave ave, cur aves inter avia manere ?"

– Quia tua avia procul a via sicut multi avari aviarum aves avari habere !

IV. (ab austero aquae potore hoc praecipitur)

Ut vitium vites, vitium potum – si potes – tota vita vita.



SCRIPTOR OCCULTATIVS (I)

Primum vocabula infra definita in casulis inscribe ; dein eorum litteras iterum scribe pro ordine numerorum.
Quo facto, oblinebis nomen Latini poetae clarissimi atque primum versum unius ex eius carminibus clarissimis quoque.

A. adverbium locale
 B. tu ipse
 C. antiquus
 D. eam canit tubicem
 E. parit
 F. Salios saltantes ducebat
 G. qui facile tranngitur
 H. Siculae Veneri


| | | | | | | | | | | | |
|---|----|----|----|----|----|----|----|----|--|--|--|
| A | 17 | 35 | 40 | | | | | | | | |
| B | 12 | 8 | 36 | 24 | | | | | | | |
| C | 1 | 37 | 10 | 28 | 33 | | | | | | |
| D | 20 | 34 | 29 | 19 | 39 | | | | | | |
| E | 45 | 2 | 38 | 31 | 7 | 16 | | | | | |
| F | 18 | 3 | 23 | 42 | 32 | 21 | 6 | | | | |
| G | 43 | 25 | 44 | 4 | 46 | 22 | 5 | 9 | | | |
| H | 26 | 14 | 13 | 27 | 11 | 41 | 30 | 15 | | | |

Primum vocabula infra definita in casulis inscribe ; dein eorum litteras iterum scribe pro ordine numerorum.
Quo facto, oblinebis nomen Latini oratoris clarissimi atque primam sententiam unius ex eius orationibus clarissimis quoque.

A. Haec bestia nobilissima dicitur
 inter eas quas homo domuit.
 B. Metuo
 C. tundens
 D. pascua
 E. In ea cibus ministratur.
 F. In ea cibus paratur.
 G. Dotaret
 H. quae ad frumentum adinet.

| | | | | | | | | | | | |
|---|----|----|----|----|----|----|----|----|--|--|--|
| A | 25 | 7 | 23 | 13 | 11 | | | | | | |
| B | 30 | 39 | 45 | 4 | 9 | | | | | | |
| C | 42 | 40 | 49 | 14 | 17 | 47 | | | | | |
| D | 36 | 50 | 22 | 10 | 32 | 16 | | | | | |
| E | 1 | 37 | 48 | 2 | 34 | 29 | | | | | |
| F | 20 | 6 | 12 | 8 | 31 | 41 | 35 | | | | |
| G | 18 | 46 | 20 | 44 | 5 | 19 | 15 | | | | |
| H | 38 | 26 | 43 | 24 | 33 | 3 | 27 | 21 | | | |

SCRIPTOR OCCULTIVS (II)



nomen auctoris

versus

| | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|--|--|--|----|--|--|--|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | | | | | | | | | |
| 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | | 16 | 17 | | | | | | 18 | | | |
| 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | | 25 | 26 | 27 | 28 | | | | | | | |
| 29 | 30 | 31 | 32 | | 33 | 34 | 35 | | 36 | 37 | | | | | | | |
| 38 | 39 | 40 | 41 | 42 | | 43 | 44 | 45 | 46 | | | | | | | | |

nomen auctoris

sententia

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|--|--|--|--|--|--|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | | | | | | | | | | | | | |
| 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | | 15 | 16 | 17 | | | | | | | |
| 18 | 19 | 20 | | 21 | 22 | 23 | 24 | 25 | 26 | 27 | | | | | | | | |
| 28 | 29 | 30 | 31 | 32 | 33 | 34 | 35 | | 36 | 37 | 38 | | | | | | | |
| 39 | 40 | 41 | 42 | 43 | 44 | | 45 | 46 | 47 | 48 | 49 | 50 | | | | | | |



Primum vocabula infra definita in casulis inscribe. Dein eorum litteras iterum scribe pro ordine numerorum. Quo facto, obtinebis nomen Latini poetae clari atque duos versus quibus unam e fabulis suis incipit.

| | | | | | | | |
|----|--------------------------------------|---|----|----|----|----|----|
| A. | Pastorum dea | A | 68 | 32 | 40 | 4 | 37 |
| B. | posteriore navis parte | B | 17 | 7 | 34 | 41 | 53 |
| C. | dei | C | 8 | 36 | 11 | 57 | 47 |
| D. | meridiano cibo | D | 65 | 70 | 43 | 28 | 5 |
| E. | ea re quae inter complures dividitur | E | 21 | 49 | 56 | 59 | 25 |
| F. | ei qui veniet | F | 67 | 46 | 54 | 19 | 60 |
| G. | pater et mater | G | 1 | 27 | 12 | 71 | 58 |
| H. | magistri sedes | H | 15 | 3 | 61 | 2 | 69 |
| I. | nomnibus adhibendis | I | 52 | 22 | 24 | 13 | 38 |
| K. | qui damnatus non est | K | 16 | 10 | 48 | 33 | 50 |

nomen auctoris >

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|

versus >

| | | | | | | | | | | |
|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|
| 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 |
| 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 25 | 26 | 27 | 28 | 29 | 30 |
| 31 | 32 | 33 | 34 | 35 | 36 | 37 | 38 | 39 | 40 | |
| 41 | 42 | 43 | 44 | 45 | 46 | 47 | 48 | 49 | 50 | |
| 51 | 52 | 53 | 54 | 55 | 56 | 57 | 58 | 59 | 60 | |
| 61 | 62 | 63 | 64 | 65 | 66 | 67 | 68 | 69 | 70 | 71 |
| | | | | | | | | | | 72 |

Intra duos habes indices nominum ordine litterarum scriptorum. Redde cuique scriptori opus suum.













| | | | |
|----|------------|---|------------------------------|
| I. | Augustinus | • | Adephi |
| | Caesar | • | Aeneis |
| | Cicero | • | Aulularia |
| | Horatius | • | Commentarii de bello civili |
| | Plautus | • | Confessiones |
| | Prudentius | • | De situ ac populis Germaniae |
| | Seneca | • | Epistulae ad Lucillum |
| | Tacitus | • | Epistula ad Pisones |
| | Terentius | • | Epistulae ad Quintum fratrem |
| | Virgilius | • | Hymni |

| | | | |
|-----|-----------------|---|------------------------------------|
| II. | Aulus Gellius | • | Ab urbe condita libri |
| | Cato Maior | • | Carmina |
| | Cicero | • | Cato Maior de Senectute |
| | Cornelius Nepos | • | De agri cultura |
| | Horatius | • | De viris illustribus |
| | Plinius | • | De vita et moribus Iulii Agricolae |
| | Seneca | • | Historiae naturales |
| | Suetonius | • | Noctes Atticae |
| | Tacitus | • | Quaestiones naturales |
| | Titus Livius | • | Vitae XII Caesarum |

| | | | |
|------|------------|---|---------------------------|
| III. | Cicero | • | Bellum civile (Pharsalia) |
| | Horatius | • | De coniuratione Catilinae |
| | Iuvenalis | • | De natura deorum |
| | Lucanus | • | De natura rerum |
| | Lucretius | • | Epigrammata |
| | Martialis | • | Dialogus de oratoribus |
| | Ovidius | • | Hercules furens |
| | Sallustius | • | Saturae |
| | Seneca | • | Saturae |
| | Tacitus | • | Tristes |

CVI QVE SVVM (SIGNVM)

Symbolum suum, quo solet significari, cuique deo deaeve redde !

| | | |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------|
| columbae  | caduceus  | lunae cornu  |
| noctua  | pavo  | fulmen  |
| gladius  | spica  | lyra  |
| incus (-udis)  | tridens  | fistula  |

Ecce tibi nomina deorum dearumve quibus haec supra delineata signa tribui solent

Iuppiter
Apollo
Neptunus

Iuno
Diana
Ceres

Minerva
Mercurius
Pan

Venus
Mars
Vulcanus

CVI QVE SVA ! (SENTENTIA)


Intra habes duos indices ; unum de viris, alterum de sententiis, litterarum ordine ordinatos. Redde cuique viro sententiam suam !

Vir!

- I. Horatius (Tres sententias habet.)
- Iuvenalis (unam)
 - Terentius (duas)
 - Plautus (unam)
 - Vergilius (tres)

Sententiae

- Audentes Fortuna iuvat !
- Carpe diem !
- Facit indignatio versum.
- Fugit irreparabile tempus.
- Homo homini lupus
- Homo sum ; humani nihil a me alienum puto.
- Nil difficile volenti !
- Nunc est bibendum !
- O fortunatos nimium, sua si bona norint, agricolas !
- Quot homines, tot sententiae !



II. Aloysius XIV

(Francogalorum rex)

Atreus (persona tragica ab Atilio praebita et a Cicerone in opera "de Officiis" memorata)

Brennus (Gallorum dux)

- Caesar
- Cato
- Descartes
- Quintillianus
- Thomas Aquinas
- Titus princeps
- Vegetius
- Alea iacta est !
- Cogito, ergo sum.
- Diem perdidit.
- In varietate voluptas
- Nec pluribus impar
- Oderint dum metuant !
- Romanis delenda est Carthago !
- Si vis pacem, para bellum.
- Time hominem unius libri !
- Vae vicis !

QVIS SVM ? (homines veri)

I. Arpini natus sum. In carmine et in oratione soluta opera scripsi. Ius civile, res publicas, philosophiam, artem oratoriam curavi. Postquam occisus sum, caput et dextra mea exposita sunt in medio foro. *Quis sum ?*


II. Audibus natus sum, valetudine parum firma. Rus mihi multum placuit. Agros meos, heu, ceperat veteranus ; Octavius vero princeps mihi agros reddidit et beneficiis variis me cumulavit. Mortuus sum insolatione antequam opus meum praecipuum omnino perficere possem. *Quis sum ?*

III. Cicero me vehementer incusavit. Partem vitae meae pro munere meo in Sicilia egi. Siculi vero me parum amabant. Postea in exilium eundum mihi fuit. *Quis sum ?*

IV. Nobili genere natus, cunctas divitias in magnis sumptibus amisi, et in aere alieno fui. Ciceronem occidere volui, iste me ad perniciem duxit. Pro peste rei publicae habitus sum, etsi Sallustius confessus est mihi virtutes haud minus amplas fuisse quam vitia. *Quis sum ?*

V. In bellis et externis et civilibus clarus fui. Hostes meos devici et Vercingetorigem et Pompeium. A filio meo (cum aliis coniurato) occisus sum Idibus Martiis. *Quis sum ?*

VI. Lugduni natus sum, Romae re-
gnavi. Hoc vero regnum mihi invito
datum est : etenim Imperium mihi ad-
sidue minus placuit quam tranquillitas,
res publica minus quam libri et huma-
nitas. Parum felix fui cum uxoribus ;
immo ab ultima uxorum necatus sum
(et paucio post me filius meus ab eius
filio necatus est quoque). *Quis
sum ?*




VII. Etsi praenomen meum est
Caius, multo tamen notior sum co-
gnomine ; quod parum lucundum
parumque honestum est, cum eo cal-
ceus militaris quidam significetur. In
insania magnam vitae meae partem
egi. Equum meum senatorem feci ;
senatores humanos multos capitibus
damnavi. A coniuratis tandem trucidatus sum. *Quis sum ?*

VIII. In Hispania natus a patre Hispano Romae plerumque vixi et scripsi ; Stoicorum moderationem probavi etsi in luxuriosa aula vixi. A principe quodam, quem educavi, multa munera accepi ; ab eodem principe iussus sum mori ; quem iussum fortiter, ut Stoicum decet, passus sum atque venis secis sine ullo gemitu vita decessi. *Quis sum ?*

QVIS SVM ? (personae operum litterariorum)

I. Me genuit dea. Maxime pius dictus sum. Proflugus a patria multum navigavi. Mea causa mulier quaedam mortem obit. Magnum regnum condidi atque proles mea omnibus terris olim cognitis imperavit. *Quis sum ?*

II. Pauper servus fui, dein libertus ditissimus et ipse servis permultis munitus. Amplum et lautum convivium amicis libertis obtuli, quod clarissimum est. Uxor mea Fortunata nomine est. Me superbum et ignorantem et luxuriosum et stultum dicunt et irident. Me finxit scriptor facetus, cui cognomen fuit "Arbiter elegantiarum" et is Nerone principe vixit. *Quis sum ?*




IV. Isidem colui. Quia philtum per errorem adhibueram, in asinum - heu ! conversus sum. Quia rosas vorare potui, formam humanam post multos casus tandem recuperare potui. *Quis sum ?*

V. Servus amplii Thebanorum regis sum. Mihi nulla fortitudo est, sed omnes timeo. Me irrisit deus quidam, qui formam meam sibi adhibuit et negavit me esse me ! Propterea nomen meum vulgo dicitur ut homo homini similissimus significetur. Plautus me finxit. *Quis sum ?*


VI. Aulam meam cautissime occulto, quia haec plena auri est, et egoavarissimus. Megadoro vicino, qui uxorem dole carentem cupit, filiam meam uxorem dare volo. Me Plautus finxit, quem Molière, Francogallus scriptor, postea imitatus est in Harpagone. *Quis sum ?*

III. Parum felix fui cum viis : nam frater priorem virum meum occidit ; alter vir, quem amavi, procul a me effugit. Magnum regnum amisi fraterno scelere ; magnum regnum condidi alterum sorore adjuvante. Et in orientalibus terris et in Africa vixi. Desperatione capta mortem voluntariam obii. *Quae sum ?*



Intra duos habes indices nominum et cognominum litterarum ordine scriptorum. Unicuique viro sententiam redde qua designari potest:

| <u>cognomina</u> | <u>nomina</u> |
|------------------------------------------------------|-------------------|
| arbiter elegantiarum • | • Caesar |
| Atticus • | • Cato |
| Catillinae victor • | • Catullus |
| constans stoticus Uticensis dictus (a loco mortis) • | • Cicero |
| Cynthiae amator • | • Nero |
| Deliae amator • | • Petronius |
| Gallorum victor • | • Propertius |
| Lesbiae amator • | • Tibullus |
| Mantuanus cycnus • | • Titus Pomponius |
| Romae incendiarius • | • Vergilius |



I. In quibus terris sunt hae magnae urbes, quas antiqui hoc nomine, nos altero nominavimus?

- | | |
|--------------|-------------------|
| 1. Neapolis | 7. Caesar Augusta |
| 2. Londinium | 8. Vindobona |
| 3. Blendium | 9. Berolinum |
| 4. Roma | 10. Iuvavum |
| 5. Florentia | 11. Gades |
| 6. Berytus | 12. Scalabis |

II. Quomodo nostra aetate vernaculo sermone nominantur hae antiquae Galliae urbes?

- | | |
|-------------|----------------|
| 1. Lutetia | 6. Avaricum |
| 2. Massilia | 7. Lugdunum |
| 3. Nemausus | 8. Matisco |
| 4. Dorigum | 9. Rotomagus |
| 5. Genabum | 10. Aurelianum |


III. eadem rogatio atque in II

- | | |
|---------------------------|--------------|
| 1. Tolosa | 6. Burdigala |
| 2. Caesarodunum | 7. Dinya |
| 3. Pictava | 8. Lapurdum |
| 4. Augustobona Tricassium | 9. Carnutum |
| 5. Lemovicum | 10. Iculisma |

IV. eadem rogatio atque in superioribus ludis

- | | |
|------------------|---------------------------------|
| 1. Arelate | 6. Augusta Auscorum |
| 2. Carcaso | 7. Divodurum |
| 3. Gratianopolis | 8. Narbo |
| 4. Nemetacum | 9. Nicaea |
| 5. Palum | 10. Telo Martius (vel Telonium) |

Inter hos decem fluvios, quattuor discernere qui vel omnino vel saltem parim in Francogallia fluunt ; nomina hodierna reliquorum in vernaculis linguis converte. Videlicet, si non Francogallus es, potes discernere fluvios qui intra fines patrios tuos omnino vel saltem parim fluunt.



1. Baetis
2. Sequana
3. Avona
4. Tanais
5. Athesis

6. Arauris
7. Araris
8. Isara
9. Tiberis
10. Viadus

1. Garumna
2. Ganges
3. Moenus
4. Atax
5. Histier

6. Dubis
7. Visurgis
8. Arura
9. Mosella
10. Padus

1. Tamesis
2. Sabis
3. Arnus
4. Vistula
5. Rhodannus

6. Cares
7. Viadus
8. Druentia
9. Bambotum
10. Trebia

1. Indus
2. Durius
3. Mosa
4. Elaver
5. Borysthenes

6. Tiviscus
7. Rhenus
8. Tagus
9. Matrona
10. Ticinus


1. Nilus
2. Liger
3. Scaldis
4. Metaurus
5. Euphrates

6. Albis
7. Vardo
8. Duranius
9. Dravus
10. Hiberus

(quod « test » vulgo dicunt, quod eo animum et naturam tuam testificari potes)

Experimentum I : de audacia aut timiditate

I. Cum ruri ambulas, boves valde cornutae tibi obviam fiunt. Quid agis ?



- a Effugis retrocedens
- b Procedere pergis
- c Linteolum (sive sudarium) rubrum e sinu extrahis ut Hispanos gladiatores, qui toreadores dicuntur, imiteris.

II. In cubiculo tuo soricem adsplis. Quid agis ?

- a Constituis ut cottidie ientaculi reliquias in cubiculo relinquas ad eum arcus-sendum.
- b Eum niteris vel expellere vel delere.
- c Horrescens et eiulans in cubilia tuum saltas.

III. Rogaris ut orationem palam habeas. Quid agis ?


- a Valde laetaris.
- b Negas te eam habiturum.
- c Non negas ; ultimo autem tempore fingis tibi fauces aegrotare.

IV. Quod ex his tribus muneribus te luare maxime potest ?

- a scriba in tablino publico
- b aëriauta
- c professor

V. Ubi teriarum tempus adest, quomodo otio tuo frui mavis ?

- a Is ad rivulum proximum ut pisces arundine pisceris.
- b Vehi vis ad terram exteram, ut alienigenos homines et mores cognoscas.
- c Vehi vis usque ad Altras silvas ut teras saevissimas veneris.



VI. Si ab hominibus perum familiaribus ad prandium advocatus/a es et tibi ministratur cibibus tibi nauseabilis, quid agis ?

- a Magna voce clamans istum cibum non dignum esse qui hospitibus ministratur.
- b Eum edis et postea vomitas.
- c Contendis te subito dentium dolore ita opprimi ut nihil edere possis.

VII. Iniuria accusaris. Quid agis ?

- a Negas te noxium/lam esse.
- b Iniusto accusatori violenter minaris.
- c Taces.

VIII. In circensi spectaculo magus « fakirus » qui dicitur aliquem a spectatibus vocat In quo artem suam experiat. Quid agis ?

- a Tua sponte te obiers.
- b Ab eo selectus negas.
- c Ab eo selectus prodis invitus.

IX. Aedes quaedam domo tua haud longinquae dicuntur a larvis frequentari. Quid agis ?

- a Dommum tuam vendis, ne forte larvae usque ad eam deambulent.
- b Media nocte in has aedes intras ut rem per te cognoscas.
- c Istam larvarum famam non curas.




X. Versaris solus/a inter homines a te maxime dissentientes. Quid agis ?

- a Sententiam tuam vehementer defendis.
- b Fingis te cum eis consentire.
- c Colloquium ad alia argumenta vertere conaris.

Experimentum II : de solitudinis studio aut communitate

I. Quam corporis exercitationem mavis ?

- a Ascensionem montaneam ?
- b Manubrium reticulatum ?
- c Pediludium ?



II. Quam mentis relaxationem mavis ?


- a Chartularum ludum ?
- b Spectaculum theatrale ?
- c Lecturam ?

III. Si vicinus obviam tibi fit, quid agis ?

- a Cum eo consistis ad colloquium.
- b Ei salutantem salutem reddis dum praeteris.
- c Eum invitas ut tecum domum veniat ad aliquid bibendum.

IV. Quod ex his tribus muneribus te maxime iuvare potest ?

- a Ovium pastor ?
- b Magistratus politicus ?
- c Artifex ?



V. Si invitatus es ad saltationem, quid cogitas ?


- a « Optime : Hic erit utique laetus dies ! »
- b « Me miserum/am ! Tempus pretiosum perditurus/a sum ! »
- c « Utinam crustula et sapidæ potiones ministrantur ! »

VI. Quomodo fieri tibi lucundissimum videtur fieri ?

- a Cum tua sola familia ?
- b Si solus/a proficiscens ?
- c In viatorum grege, qui tecum sedem portugiticam petierant ut haberent fieri praeparatum.

VII. Ubi adest dies natalis tuus, quid sentis ?

- a Laetaris quod dona accepturus/a es.
- b Laetaris quod amicos invitaturus/a es domi.
- c Molestum est tibi, quia amicos domi accipere debebis.



VIII. Si magus tibi proponeret ut te ad breve tempus in aliquam bestiam convertereret, quam bestiam seligeres ?

- a Apem diligentem ?
- b Urum montes frequentantem ?
- c Columbam ?

IX. Telephonium tibi videtur esse :

- a Res omnino necessaria, sine qua vivi non possit ?
- b Res utilis ?
- c Res omnino inutilis ?


X. Cum tempus Saturnallium Bacchanaliumve adventit, quid agis ?

- a Te domi caute includis, ne tantum tumultum sentias.
- b Personam et vestem falsam induis ut per urbem deambules.
- c Domi manes, de fenestra tamen late aperta personatas pompas despicias.

Experimentum III : de sinceritate aut simulatione

I. Si quis ridiculo modo vestitus te rogat quid de hac nova veste sentias, quid agis ?

- a Respondes vestem eius ridiculam esse.
- b Vestem ample laudas confidens nullam posse pulchritudinem esse.
- c Breviter respondes eam esse insolitam, et ad aliud argumentum veris.



II. Si vas quoddam pretiosum fregisti, quid agis ?

- a Magna voce clamitas falem hoc fregisse.
- b Tua sponte confiteris te hoc fregisse.
- c Taces dum nemo hoc vidit ; sin autem rogaris quis fegerit, veritatem confiteris.



III. Te invitata aliquis, quem taediosum ludicas. Quid agis ?

- a Polliceris te utique venturum... atque ultimo tempore telephonice, voce rauca ficta, nuntias tibi aegrotanti non licere e cubiculo exire.
- b Respondes te invitatum/am venire non posse.
- c Respondes te nolle ire, quod sint tibi res iucundiores actu.

IV. Tibi obviam fit aliquis loquacior, quem parum amas. Quid agis ?

- a Dicis ei, salutatione solita : « Salve ! Felicem diem ! »
- b Dicis ei : « Ad malam crucem ! Infelicem diem ! »
- c Cum eo consistis ad blandum colloquium.

V. Si quis pro magno beneficio gratias quam maximas tibi agit, quid respondes ?

- a « Nichil est ! »
- b « Laetor si tibi gratum fuit ».
- c « Iure mihi gratias maximas agis, quia re vera magno beneficio te donavi ! »

VI. Utrum ex his imitari velis ?


- a Hannibalem victoriam artificiosis dolis saepe parantem ?
- b Attilium Regulum, a Carthaginiensibus e captivitate remissum, Senatui Romano consilium verum dantem contra utilitatem suam et mortem propterea obuentem ?
- c Neutrurn eorum imitari velis ?

VII. Quid opinaris de medico sentiente aliquem esse moribundum ?

- a Ei veritatem dicendam homini moribundo ipsi ?
- b Ei veritatem dicendam non huic, sed familiaribus eius ?
- c Ei fingendum nullum periculum esse ?

VIII. Si quis eventum paulum augeat narrando, quid opinaris ?

- a Illud esse optimum ornamentum, quo narratio iucundior et facillor fiat ?
- b Istud esse mendacium turpissimum ?
- c Hoc mendacium esse leve, quod venia dignum sit ?



IX. Cum novos homines cognoscis, solesne...


- a Eis omnino confidere ?
- b Eis omnino diffidere ?
- c Expectare dum eos melius cognoscas ?

X. Quam ex his sententis optimam esse opinaris ?

- a Veritas non semper confitenda est.
- b Veritas semper confitenda est.
- c Veritas nunquam confitenda est.

Experimentum IV : de segnitate aut agendi studio

I. Si tramline iter facturus es (vel factura), quando ad stationem advenis ?



- a Tempore ipso accurrens quo tramen iam profecturum est.
- b una hora antequam tramen in viam suam adveniat.
- c Decem temporis minutis ante profectonis tempus.

II. Si pensum vere molestum est tibi faciendum, quid agis ?


- a Subito pericis, ut postea expeditus/a fias.
- b Ad futurum protrahis extremum, si forte interea interveniat causa non periclendi.
- c Facis eo tempore, qualecumque est, quo magis otiaris.

III. Acciditne ut tibi vigilant! mens omnino vacet ?

- a Saepe ?
- b Nunquam ?
- c Nonnunquam ?

IV. Ad munus tuum cottidianum quo tempore advenire soles ?

- a Adsidue hora indicta ?
- b Adsidue cum mora ?
- c Plerumque hora indicta, aliquid quando cum mora ?




V. De somnis et vigiliis, quid mavis ?

- a Mature cubitum ire et mature quoque surgere ?
- b Mature cubitum ire et sero surgere ?
- c Sero cubitum ire et sero surgere ?

VI. Quam bestiam praefers ?

- a Glitem ?
- b Apem ?
- c Curculum ?



VII. Cuius hominis victum praefers ?

- a Tityri « sub tegmine fagi » recubantis (cf. Vergilium « Bucolica », 1) ?
- b Caesaris ?
- c Pini minoris ?

VIII. Ex his tribus terris quam praefers ?

- a Europam ?
- b Americae Civitates Foederatas ?
- c Indiam ?

IX. Quomodo per otium mentem tuam occupare mavis ?

- a Somniis tuis libere fingendis ?
- b Libro legendo ?
- c Nichil agendo, id est : eam vacare mavis.

X. Quomodo per otium corpus reficere mavis ?

- a dormiendo ?
- b sine scopo deambulando ?
- c Exercitatione athletica aliqua ?

Experimentum V : de parsimonia aut prodigalitate

I. Si tibi offeruntur panis et solum fraga, quomodo ea edis ?

- a Panem cum fragis simul edis.
- b Fraga statim edis, panem relinquis si forte postea nihil aliud habeas edendum.
- c Panem primum edis, fraga solum postea, ut sapor iucundior tibi permaneat ultimus.



II. Utram bestiam mavis in fabula ?

- a Cicadam ?
- b Formicam ?
- c Neutram ?

III. Quid tibi maximi momenti esse videtur in munere seligendo ?

- a Stipendium inde meritum ?
- b Feriarum diuturnitas ?
- c Iucunditas ipsius laboris, quae si desit nullum munus exercere malis ?

IV. Si quid in taberna adspicis, culus cupidus/a es quanquam multo constat, quid agis ?

- a Incipis parcus/a esse ut tibi paulatim pares nummos necessarios.
- b Id tibi parvas aere alieno, quod postea speras te reddere posse.
- c Procul effugis ne temptatione emendi vincaris.

V. Opinari sine amicos tuos plerumque esse...


- a Avaros ?
- b An moderatos ?
- c An prodigos ?

VI. Si invitatus/a es ad prandium atque hospes patinam tuam nimis implere vult, quid agis ?

- a Eum impedis ne faciat atque ipse/a tibi met ministras quod sufficit.
- b Minime impedis, sed stomachum nimis cumulas, ut crastino die leunare possis domi.
- c Minime impedis, sed postea patinam tuam paene repletam relinquis.

VII. Si quae res tua non iam utilis tibi est, quid agis ?

- a Eam alicui das.
- b Eam caute servas, si forte postea iterum tibi sit utilis.
- c Eam ad sordes iacis.



VIII. Si sorte (ex. gr. in Fisco Aleatorio) maximam pecuniam accipis, quid agis ?


- a Eam in argentaria collocas ut pro necessitate utaris.
- b Victum regalem subito adhibes, ut illud improvisum fati donum digne celebres.
- c Parim subito diffundis ut illud improvisum fati donum digne celebres, paritum in argentaria collocas.

IX. Si in taberna holitoria holera vel poma nova veneunt duobus pretiis, quid agis ?

- a Emis quae maiore pretio constant, quo sint meliore qualitate.
- b Emis quae minore pretio constant.
- c Non emis, sed tempus aptius exspectas.

X. Quae tibi res praecipua videtur in autoraeda seligenda ?

- a Ut velox sit.
- b Ne multum benzini requirat
- c Ut sit robusta.



Experimentum VI : utrum res ad pessimum an ad optimum convertas

I. Si In via cadens pedem frangis, quid cogitas ?

- a « Versimile est humi fuisse bananae cullem »
- b « Sub sinistro sidere natus/a sum »
- c « Poteram, nisi tam fortunatus/a essem, ambos pedes frangere »



II. Si homo obviam fiens te salutat : « Salve ! quomodo valet ? », quid agis ?

- a Tu quoque hac sententia uteris ad eum salutandum : « Bene, ut nunc est : et tu, quomodo ? »
- b Tam pervulgatae sententiae non respondes, sed rem maioris momenti narrare incipis.
- c Mediaris quam iniquus sit iste, qui veit scire quam male valeas !

III. Si quando seligis libros legendos pelliculasve inspiciendas comicas, cur hoc agis ?

- a quod ridere proprium hominis est.
- b quod vita tristior est quam ut opera tristia addas.
- c Opera comica nunquam seligis.

IV. Si quando seligis libros legendos pelliculasve inspiciendas tragicas, cur hoc agis ?

- a Nunquam tragica opera seligis.
- b quod sola haec verisimilia sunt.
- c quod te iuvat somniare somnia ampliora quam vita cottidiana.

V. Emsne charulas aleatorias, quibus Fortunam adeas ?

- a raro.
- b nunquam.
- c Eas emere consuetus/a es.

VI. Si Imber, cum sis exiturus/a ad longam ambulationem Incipiendam, e caelo urceatim decidere incipit, quid agis ?


- a Maeste cogitas istum diem tibi domi incluso/ae fore ineptissimum.
- b Librum e bibliotheca extrahis.
- c Imperturbatus/a exis, quod persuasum habes tam violentam pluviam durare non posse.

VII. Si te domum redeuntem qui vicinus tectis verbis monet rem Improvisam evenisse, quid sentis ?

- a Subito metuis ne his verbis calamitatem te caute monere veit
- b Laetans speras aliquid fausti.
- c Opinaris istum esse solum garrulum inanemque hominem, atque iter tuum pergis.

VIII. Si qui familiaris tibi munusculum nullius utilitatis dat, quid sentis ?

- a Valde laetaris, quod hic voluerit tibi esse officiosus.
- b Tecum maesto volvis neminem te novisse, neminem scire posse quid te iuvet.
- c Non diu de hac re cogitas.



IX. Si teles canisve te adit mulcens, quid opinaris ?

- a Nihil opinaris, quia non est occasio meditando neque opinandi.
- b Opinaris istam bestiam esurire.
- c Opinaris illam bestiam te amare.

X. Ex his tribus sententiis, quae tibi verissima videtur ?

- a Vita est somnium.
- b Vita est pugna.
- c Vita est pulchra.



EXPERIMENTUM ANIMI PROUSTIANUM

Sunt rogationes XXX, quas videlicet Marcellus Proust, Francogallus scriptor, olim proposuit : his si quis sincere responderet semet cognoscere potest

- | | |
|-------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------|
| I. Quid maxime proprium est ingeni mei (vel naturae meae) ? | XVI. Quos fictos viros in tabulis ? |
| II. Quam virtutem in viro maximi facio ? | XVII. Quas fictas mulieres ? |
| III. Quam in muliere ? | XVIII. Quos musicos ? |
| IV. Quid in amicis iucundissimum mihi est invenire ? | XIX. Quos pictores ? |
| V. Quod est vitium praecipuum meum ? | XX. Quos viros in rebus veris ? |
| VI. Quid libentius ago ? | XXI. Quas mulieres in rebus veris ? |
| VII. Quam felicitatis imaginem mihi fingo ? | XXII. Quid maximo odio habeo ? |
| VIII. Quam infelicitatis ? | XXIII. Quos viros, qui in rerum gestarum historicis memorantur, contemno ? |
| IX. Quid vel quis velim esse ? | XXIV. Quam rem militarem maxime miror ? |
| X. In qua regione vivere velim ? | XXV. Quam rerum reformationem ? |
| XI. Qui color mihi iucundissimus est ? | XXVI. Qua naturali dote (vel facultate) ornatus/a esse velim ? |
| XII. Qui flos ? | XXVII. Qua morte mori malim ? |
| XIII. Quae avis ? | XXVIII. In quo habitu (vel statu) animi -ul nunc est- habeo ? |
| XIV. Quos orationis solutae scriptores maximi facio ? | XXIX. Quibus culpis maxime indulgeo ? |
| XV. Quos poetas ? | XXX. Quae sententia ad vitae rationem dirigendam mihi maxime placet ? |

Amicis tuis has rogationes propone !

LVDORVM SOLVTIONES

Adnotationes quibus aenigma facilius resolvatur :

LITTERAE ADDENDAE (I)

Definitiones successivorum vocabulorum extrahendorum :

1. a. fiat ! b. non ille ; c. noli proficisci !
d. percipis ; e. cessissent.
2. a. coniunctio oppositiva ; b. non ades ;
c. domus ; d. aliquem tranquillorem facere ;
e. loca ad conveniendum apta (acc. plur.).
3. a. ad me veni ; b. dea ; c. modo avido ;
d. adspiciat ! e. fastidium.
4. a. salve ! b. cautus esto ! c. theatri pars ;
d. vnicus osso ; e. ncutum facere.
5. a. cibi condimentum ; b. comile carens
(fem.) ; c. calceus ; d. quod ad solem adinet ;
e. iterum colas.
6. a. neque ; b. bestia quae cavenda est ;
c. cibum edit (vel cantabil) ; d. vinculum ;
e. antea.

LITTERAE ADDENDAE (II)

Definitiones successivorum vocabulorum extrahendorum :

1. a. haec poelis lavet ; b. hic est in arbore ;
c. non dulcis ; d. hic potest se defendere ; e. hic
quoque potest se defendere.
2. a. curis pars ; b. non infra ; c. malus (vel
non magnus) ; d. luporum venator ; e. sacrorum
pullorum custos.
3. a. occulta ! b. aurum aesve scalpe !
c. prompius ; d. lanias ; e. vestes (acc. pl.).
4. a. capio ; b. andrus ; c. continet sextarios
XVI ; d. moderatus ; e. obstinate.
5. a. bestiola eiusdem generis ac mus ;
b. S.P.Q.R. vel S.P.D. ; c. Galliae incolis ;
d. qui pro lege adhibetur ; e. qui ad glebam
adinet.
6. a. nave (vel artifico) ; b. haec maculis con-
sistuntur ; c. iterum agis ; d. aere ornatis ;
e. hic eratis.

LITTERAE ADDENDAE (III)

Definitiones successivorum vocabulorum extrahendorum :

1. a. cupis (vel non est debilitas) ;
